

Facultas A. R. P. Generalis.

*Nos Fr. Bernardinus ab Arretio, Ordinis Minorum S. Francisci
Capucinatorum Minister Generalis lic. im.*

CUM opus bipartitum, titulum habens *Georgia Georgiana posthuma*, complectens Conciones in omnes Dominicas & Festa totius anni, à quodam R. P. *Georgio Dusseldorpiensi* Ordinis nostri Concionatore, & Provinciae Colonienfis olim Provinciali compositum, duo ejusdem Ordinis Theologi recognoverint, & in lucem dari posse approbaverint, potestatem facimus, ut servatis servandis typis mandetur, si & iis, quorum præterea interest, ita videbitur. Datum Græcii in Styria die 24. Decembris 1695.

(L.S.)

F. Bernardinus, qui supra.

Licentia Censoris Ordinarii.

Georgia Georgiana posthuma, sive Nova spiritualis Agricultura, id est, Redivivus Reverendus Pater *Georgius Dusseldorpiensis*, Ordinis Patrum Capucinatorum S. Francisci, tertium Provinciae Colonienfis Minister Provincialis, laboriosus & spiritualis, dum viveret, Agricola & Orator faecundissimus, proponit posteris laboriosè elaboratas, & doctè plausibiliterque dictas, bipartitas centum Conciones in omnes totius anni Dominicas & Festa; quæ cum tradant methodum radicitiùs evellendi peccaminosa zizania, & tam in legentium quàm audientium animis seminent copiosè salvificas virtutum & bonorum operum radices, velut id testantur testimonia RR. Patrum ejusdem Ordinis, jure merito merentur lucem publicam: quocirca pro bono communi, ne diutius inter privatos parietes delitescat, placeat, ut typus sacram hanc Agriculturam divulget.

Colonix hac 3tiâ Februarii, 1696.

CHRISTIANUS NEWENDAL Elsius,
SS. Theolog. Doctor. Colleg. Eccl. S. Andreae
Decanus, Gymnasii Montani Regens, librorum Censor, &c. m. p.

††

PRIVI-